



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 43. Hæc caussa in Parisiensi Senatu agitata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

ciosi erunt Jesuitæ, si ipsos ad desperatio- Sæc. XVII.
nem adegero, num tu de vitæ meæ securi- A.C. 1603.
tate sponsor esse potes, nonne tutius est, quod
me semel illis committam, quam quod sem-
per illos timere debeam?

§. XLIII.

*Hæc causa in Parisiensi Senatu
 agitata.*

Haud inutilis erat Patris Cotoni ad-
 ventus; quippe sua, qua valebat Hist. du Duc Esper-
 gratia, Regis, Espernonii Ducis, Vil- non a l'ann
 laregii, Janini & Silerii Præsidum, a- 1603. Daniel
 liorumque Catholicorum Procerum fa- l. c. Vie du P. Cotton. l. 2.
 vores sibi conciliabat: haud parum e- Juvenç. l. 6.
 tiam causæ decisionem maturabat Pon-
 tifex, literis suis ineunte Mense Au-
 gusto ad Regem allatis, quibus Hen-
 rico gratias agebat de rebus hucusque
 potenter pro Societate gestis, simul ob-
 secrans, ut operi bene cæpto postre-
 mam adhiberet manum, eoquod Nun-
 tio Apostolico & Patribus, quos apud
 se haberet, negotii ejus arbitrato transi-
 gendi potestatem fecisset. Igitur Rex
 cum iis hac de re agebat, ne vero Pa-
 risini Senatus auctoritatem labefactare
 videretur, sibi placitum fore insinuabat,
 si Jesuitarum restitutionem ipsimet Præ-
 fides a Rege peterent; haud ignotum
 enim erat Regi, quod Senatorum po-
 tissimi

Sæc. XVII. tiffimi Jesuitis faverent; Harlæum tamen Præsidem necnon Rosnii Marchionis Hugonotæ oppositionem verebatur; hic enim a Jacobo Angliæ Rege

Memoir. de Sulli. tom. 2. c. 21. 30. quocum non ita pridem de mutuo fœdere agebat, impense rogabatur, ut Jesuitarum in Franciam revocationem præpediret, eo quod hi suo Generali cæcam obedientiam præstare tenerentur.

Nihilominus habito consilio Varenus supplicem Jesuitarum libellum porrigebat; cum autem Rosnius, ut prior ceteris mentem suam aperiret, a Cancellario & Silerio rogatus, id facere renueret, acris inter hunc & Marchionem verborum contentio oriebatur, quæ sopita Rosnius, prius explorandam esse Regis mentem declarabat. Thuanus vero Præses libellum supplicem ad Senatam esse devolvendum censuit. Altera ergo die Rosnius Regem adit, exponens, quod ob datam Angliæ Regi fidem nunquam Jesuitarum revocationi consensurus esset: jussus tamen, suæ repugnantiae causas Regi proposuit hunc in modum, „notum est Jesuitas „domui Austriacæ esse admodum addictos, & Hugonotis infensos, contra „quos Rex ab his Sociis fasciatus stimulatusque abs dubio arma sumpturus, „fædusque cum Anglis initum aut dissoluturus, aut insidias ab ipsis struendas

„das incurfurus eſſet. Ad hæc vero Sæc. XVII.
 „repoluit Rex, ipſimet Jeſuitæ mihi A.C. 1603.
 „faſſi ſunt, quod Auſtriæ Ducibus ob-
 „ſtricti eſſent, nec id mirum, eoquod
 „ibidem multis cumulentur beneficiis;
 „de cetero bellum contra Hugeno-
 „tas gerere non cogito, Jeſuitis vero
 „redintegratis magis vitæ meæ, regno-
 „que cautum exiſtimo; ſi enim eos tanto
 „dignos crimine ducis, dum me
 „eis perpetuo inſenſum experientur,
 „ad tam atrox ſcelus proniores erunt,
 „quam ſi illos in gratiam recepero.„
 His auditis ceſſit Marchio, quem altera
 die Pater Cottonus juffu Regis viſum
 ibat, ab eo honorifice exceptus.

§. XLIV.

*Edictum Regium de revocanda
Societate.*

Hoc igitur Adverſario Jeſuitis conci- Juven.
 liato Rex ad luſtrandam Norman- Hift. Soc.
 niam Rotomagum Mense Septembri l. 12. part. 5.
 profectus, edictum de redintegranda Daniel. l. c.
 Societate ibidem promulgari juffit, his
 conceptum verbis.

Notum facimus nos, precibus ſummi
 Pontificis de reſtituenda in hoc noſtrum re-
 gnum Societate Jeſu, obtemperare cupien-
 tes, aliisque gravibus & idoneis cauſis im-
 pulſos, conſeſſiſſe & concedere per has li-
 X 5 teras,